ex originali

Nos Hermannus dei gratia Brandenburgensis Marchio
et dominus de Henneberg Recognoscimus publice prote-
stantes quod Cum Cives communes in Görlitz et Texto-
res ibidem pannos facientes inter se controver- mouent
siam super pannis incidendis mouentes et haberent rent
ipsam controversiam ad nostram audientiam dela-
tam, cassavimus et burgenses communes unien-
do cum Textoribus in amicabiliter concorda-
vimus diligentes inter eosdem et volentes concor-
diam amimodo conservari Ne igitur occasio-
nem inter se habeant predicti cives ex utraque
parte contendendi decrevimus quod Texto-
res predicte civitatis nostre et alii cujuscun-
que condicionis extiterint homines pannos (: Von Gewand Schneidern :)
incidere nullatenus debent cunctis temporibus
hujusmodi, hi vero qui in domo forensi existe-
re dinoscuntur pannos incidant de nostre
beneplacito voluntatis volentes consuetudinem
omnium Civitatum nostrarum observari de pan-
nis incidendis in predicta civitate generalem
Concedimus insuper Civibus et indulgimus
quatenus utilitate civitatis considerata commu-
ni constructae habitationes valeant quas
institoribus seu aliis in eisdem habitationibus